



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Dionysii Carthvsiani, luculenta iuxta ac compendiaria  
in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

Idem in eiusdem Epitomen

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

IN ACTA APOSTOLICA, PER D. DIO-  
nysum Carthusiensem luculenter enarra-  
ta, Alardus Aerstelreda

mus

Tradidit immenso quæcumq; volumine Moses  
Confidas & ames, hæc satis acta docent  
Inunc, & ceu dura dei præcepta recusans,  
Dæmonis in Baratrum te semel abde miser

Idem in eiusdem Epitomen

Quo tibi promptius sit optime lector, vbi videbitur  
vel quod voles promere, vel recondere ac omnia bre-  
uiter quæcumq; legis in sacris vtriusque testamenti li-  
bris, velut in nidos quosdam seu communes locos di-  
gerere. Ecce tibi D. Dionysij Carthusiensis Epitomen,  
qua offendes quicquid vsquam sit insigne in omnibus  
bibliorum arcanis, iuxta librorum capitumq; ordinē.  
Proinde si quid erit vel ob iter quacumq; etiam ratiōe  
tractandum, semper aderit ad manum parata supplex.

Eiusdem Phalecium

Ne damnes, laceresue, rideasue,  
Quod sit plana phrasis, stilusq; simplex,  
Non ascitus, & hinc, & inde sumptus,  
Istis quo Dionysius libellis  
Conscriptis rudiusculis sit vsus  
Nam vili preciosiora sæpe  
Testa materiaq; continguntur  
Ornari quid opus, modo doceri,  
Res contenta satis sit, expetentis

Aliud eiusdem.

Sensa tenes, rerumq; caput, seriemq; locorum bellii suq;  
Quid potui verbis dicere plura tribus?